

Author: Gudius

Title: 31. Pulex et Camelus

URL:

<https://babel.hathitrust.org/cgi/pt?id=hvd.hn65a8&view=1up&seq=84>

Pulex Cameli dorso forte considens,
Gravatus multis qui incedebat sarcinis,
Sibi placebat, longe visus altior.
Iter cum longum facerent, vespera simul
Ad stabulum venerunt; pulex leviter statim
Ad terram saliens: ecce, dixit, ocus
Descendo, attritum ne gravem diutius.
At ille: gratum est, inquit; sed nec pondere,
Te imposito, me gravari sentire potui,
nec, te deiecto, habere quid levaminis.
Qui se sublimis, nullo cum sit ordine,
lactat, notatus in despectum devenit.

Forte

pulex

considerans dorso cameli

qui incedebat gravatus multis sarcinis,

sibi placebat,

visus longe altior.

Cum facerent longum iter

vespera

simul venerunt ad stabulum;

statim

pulex dixit,
leviter saliens ad terram,
"Ecce, descendo ocius
ne gravem (te) attritum diutius."
At ille (camelus) inquit,
"Gratum est,
sed, te imposito,
non potui sentire
me gravari pondere,
et, te deiecto,
non (potui sentire)
(me) habere quid levaminis."
Is,
qui iactat se sublimis
cum sit nullo ordine,
notatus devenit in despectum.

Pulex · Came·li dor·so for·te con·sidens,
Grava·tus mul·tis qu~ in·cede·bat sar·cinis,
Sibi · place·bat, lon·ge vi·sus al·tior.
Iter · cum lon·gum face·rent, ves·pera · simul
Ad stabu·lum ve·nerunt; · pulex · leviter · statim
Ad ter·ram sali·ens: ec·ce, dix·it, o·cius
Des·cend~ at·tritum · ne gra·vem diu·tius.
At il·le: gra·t~ est, in·quit; sed · nec pon·dere,
T~ imposi·to, me · grava·ri sen·tire po·tui,
nec, te · deiec·t~ habe·re quid · leva·minis.

Qui se sublimis, nullo cum sit ordine,
lactat, notatus in despectum devenit.